

Eine Wiener Schulrede aus dem Jahre 1423.

Mittheilung von Dr. Odilo Holzer, O. S. B. in Melk.

In der Hs. A 8 der Melker Bibliothek befindet sich S. 462—464 eine Rede bei der Einsetzung eines Rectors der Schule zu St. Michael in Wien. Dieselbe hat folgenden Wortlaut:

Institutio rectoris scholarum ad Sanctum
Michahelem¹⁾ 1423 proxima feria tertia post festum
sancti Georii. (!)

Spectabiles iuvenes et filii omnes in christo dilecti. Experiencia docet, quod in longum nulla hominum communitas sine capite perduci potest, quin ymo aut dissolvatur aut periculum incidat erroris. Sicut grex sine pastore dirigente per devia vadit et dissolvitur, Ideo Grues naturali docti prudentia sine ductrice non volant, denique apes absque rectore, cui obediunt et famulantur, non vivunt. Et Generaliter in omni pluralitate invenitur aliquod unum, ad quod cetera eiusdem pluralitatis respiciunt sibi que vicissim suas obtemperant naturas seu voluntates. Sic enim totius universi unus est supremus omnium princeps a quo dependet celum et natura (12 metaphysice.)²⁾ Et a quo cunctis derivatum est esse et vivere hiis quidem clarius hiis vero obscurius secundum nature capacitatem. (primo celi.)³⁾ Sed sicut est in maiori mundo ita debet esse in minori In qualibet scilicet communitate hominum praesentis vite (ut patet ex intentione philosophi⁴⁾ octavo physicorum.) Quia ergo vos teneri et adhuc lacte gramaticalis scientie nutriendi iuvenes per mortem Reverendi Magistri et fratris nostri karissimi Magistri Martini de Egenburga⁵⁾ felices recordacionis sine rectore fluctuantes tamque orphani spiritali patre iam estis destituti, ne ergo vos filii karissimi sine rectore diu divagaretis Ego consideravi jus praesentandi, instituendi ac investiendi rectorem huius scole ex antiquis privilegiis dominorum principum et statutis alme universitatis wiennensis pertinere ad rectorem Scole Sancti Stephani, cuius officium gero pro praesenti.⁶⁾ Ego ergo auctoritate eadem michi concessa et tradita praesento instituo et investio vobis in Rectorem futurum Reverendum Magistrum Symonem de Asparen⁷⁾ hic praesentem. Quare

¹⁾ Vgl. Weiss, Geschichte der Stadt Wien I. 232.

²⁾ Die Citate und die unklaren Stellen habe ich eingeklammert.

³⁾ Johannes Himmel, Professor an der Wiener Universität. Aschbach 471 ff.

⁴⁾ Aristotelis.

⁵⁾ Aschbach 615.

⁶⁾ Vielleicht noch Stephan Marquard von Stockerau. Vgl. Mayer, Die Bürgerschule bei St. Stephan in Wien. Wien 1880. S. 39, Aschbach 428.

⁷⁾ Aschbach 622; er wurde später Rector der Schule von St. Stephan. Mayer a. a. O. S. 40.

magister Reverende Ego trado vobis eadem auctoritate michi concessa in hac parte rectoratum huius scole, auctoritatem quoque regendi legendi et excessus iuvenum emendandi in eadem Et eos dirigendi et doctrinandi taliter ut vestris directionibus ad eterne veritatis lumen efficaciter valeant pervenire in nomine patris et filii et spiritus sancti Amen.

Denique vos iuvenes et filii sinceriter dilecti vos hortor ymo omnes et singulos coniunctim et divisim sub debito obedientie requiro Quatinus hunc vestrum rectorem et magistrum habeatis pre oculis eum metnendo diligatis sibi que debitam exhybeatis reverentiam et honorem, sicut decet scolarem honorare magistrum suum, quia non est dignus scientia qui scientie insurgit praeceptorum (ait Boetius de disciplina scolarium.) Considerate quod non est modici laboris ymo est maxime difficultatis teneram inventutem, que diversis quassatur passionibus, ab exordio usus rationis in puritate innocentie sine corruptionis macula usque ad perfectum rationis usum perducere. Ad quem laborem rector scole astrictus est, quem laborem et difficultatem considerans philosophus (octavo Ethicorum) dicit: magistris diis et parentibus non potest reddi aequalens, quia parentes nos generant mundo carnaliter, sed magister generat filios suos (in) iuvenes sibi commissos deo et spiritualiter. Si igitur honor debetur et reverentia parentibus, qui nos carnaliter generant mundo iuxta praeceptum domini in monte synay per moysen traditum, quo dicitur habeas in honore parentes, multo fortius honor debetur et reverentia parentibus spiritualibus magistris scilicet et informatoribus, qui nos scientiis et virtutibus generant christo. Nam licet iuvenilis etas in se habeat semina virtutum et scientiarum, tamen ingenita sunt eciam sibi viciorum zizania, que semina virtutum sopire conantur. Nisi ergo iuvenilis etas per fidelem rectorem virgis castigetur et sic discipline loris in viam morum dirigatur et honestatis, absque dubio mira vanitate defluet et viciorum cisanis virtutum et scientiarum semina penitus absorbent et extinguunt et tandem perversis exemplis abducitur, malis consuetudinibus corrumpitur, variis voluptatibus inficitur et in pericula corporis et anime finaliter perducitur (nam sic filii karissimi non sic.) Quia dicit sapiens: Bonum est viro cum portaverit iugum ab adolescentia sua. Obedite ergo magistro vestro, qui custodiet ab his animas vestras et viam docebit veritatis, qua ambulandum est usque ad perfectum rationis usum, ubi tunc extirpatis in vobis viciorum zisaniis per fidelem laborem magistri vestri pullulabunt deo concedente in vobis sine impedimento semina scientiarum et virtutum flores honoris et preciosos fructus honestatis fructificantes finaliter in vitam eternam.

Deinde Reverende magister vos specialiter hortative alloquor, ut diligenter ad hoc tendatis, quod nomen rectoris non vanum

assumatis. Rector enim a rege (is re[?]) non immerito suam traxit originem. Regere enim est per prudentiam et sapientiam aliquem in suum finalem bonum dirigere. Regatis ergo iuvenes vestros taliter, quod non potius neglector quam rector mereamini appellari. Pensate Reverende magister, quantum malum sit innocentes iuvenes per negligentiam rectoris viciorum sordibus maculari; tam malum est, quod deus negligentiam circa iuvenes detestatur. Ideo graviter punivit illam negligentiam in heli, cui dominus pro eo, quod indigne novit agere filios suos et non corripuit eos, maledixit et iuravit domui eius, quod non expietur iniquitas domus eius usque in eternum (ut habetur primo regum octavo.) Attendatis eciam reverende magister, quantum vobis ex adverso pro fideli labore vestro promittitur, cum dicit (danielis octavo): Qui ad iusticiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. Instruatis ergo iuvenes vestros, ut parentibus obediant, disciplinam ubique servent Et principaliter (?), quod deum creatorem suum congnoſcant, congnoſcendo diligant, ut tandem ipsum diligendo et fruendo in ipso finaliter et perpetue quiescant in celesti patria, ad quam nos perducat Jesus christus in secula benedictus. Amen.

Meine Orientreise.

Von Dr. P. Thomas Aq. Weikert O. S. B. (St. Meinrad, Ind.)

(Fortsetzung zu Heft I. 1896, S. 123—140.)

In Jerusalem.

Die erste Nacht in der Casa nuova werde ich in meinem Leben nicht vergessen. Die Moskitos (eine Art grosser Schnaken) hatten mich furchtbar zugerichtet. Wäre ich nicht zu müde gewesen, so hätte ich während der ganzen Nacht kaum ein Stündchen geschlafen. Gesicht und Hände waren mit rothen Tüptelchen und kleinen Beulen geradezu bedeckt, und ich erschrack, als ich beim Rasieren, welches ich an diesem Morgen zum letzten Male im Oriente besorgte (von nun an trug ich meinen rothen Bart neben den schwarzen der Araber), mein wundes Ebenbild im kleinen Spiegel erblickte. Nach Mitternacht, etwa gegen zwei Uhr, begann ein andauernder Lärm in dem engen Gässchen, nach welchem mein Zimmerchen lag. Ich hörte die Tritte von Lastthieren, die unter ihrer schweren Last auf dem glatten und ansteigenden Pflaster von Zeit zu Zeit ausglitten; dann folgte ein furchtbares Geschrei, und kräftige Schläge machten die Luft im engen Gässchen erzittern. In meinem Bette hatte ich Mitleid mit dem lieben Vieh und vergass zum Theil meine Qualen. Auf der Strasse seufzte das unvernünftige, dienstthuende Geschöpf unter der Herrschaft des vernünftigen Menschen, in meinem Zimmerchen